



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti**

**Stengel, Carl**

**[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV**

XVIII. Ivnii. & XV. Septembris. S. Elisabetha.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38356**

**S**ELISABETH virgo & Abbatissa Schönauigiensis monasterii, tanquam altera Elifabeth, spiritu sancto plena, præcurrentem Domini iram in filios hominum vt diuinitus cognouit, ita & diuino quodam modo posteris manifestauit. Mirabiles reuelationes habuit, quæ nunc Germanico. nunc Latino sermone, cuius tamen expers erat omnino, pronunciatæ. præsentiam illius, qui linguas infantium facit disertas, & aperit ora mutorum in ea adesse demonstrabant.

Obijt miraculis clara A. C. MCLXV. XVIII. Iunij.

**S. HILDEGARDIS** sanctimonialis primùm in monte S. Disibodi, diuino dein mandato ad montem S. Ruperti confessoris in oppido Bingenfi sedens, tantum Spiritus sancti gratia repleta est, vt tam nouum quam vetus testamentum ad integrum intelligeret, cum tamen antè, præter Psalterium nihil didicisset. Cuius scripta & prophetiæ tantæ auctoritatis fuerunt, vt agente S. Bernardo abbate, Eugenius Papa III. ea in Conc. Treu. publicâ sententia confirmarit. Obijt A. C. MCLXXX. XV. Sept.

**S. GERTRUDIS** primùm Rodardesdorffensis Monasterii deinde Helffæ Abbatissa, eximie sanctitatis perfectione Deo familiariter coniuncta, & celestibus reuelationibus assueta, ex instinctu spiritus sancti, composuit nonnullos libros magno Ecclesiæ fructu: & obiit A. C. MCCXC. miraculis celeberrima. Eius soror fuit S. Mechtildis, pariter diuinis reuelationibus clara, quas etiam conscripsit, ac obiit an. circ. MCCC. *Arnold. VVion. lib. 5. Ligni Vita.*



*Arnold. VVion. lib. 5. Ligni Vita.*





SSS. HILDEGARDIS, ELISABETH, GERTRUDIS,  
 ABBATISSA ET PROPHETISSA, ORD. S. BEN,  
 Consecuta rerum caelestium Doctrinam precibus,  
 & purissima Dei Contemplatione.

*Handwritten notes on the book's spine:*  
 Hildegarde  
 Elisabeth  
 Gertrud  
 III  
 5

L 3

XXI IVNU

LI-